e-codices

curantur grauius, ut quod fuit superbie uicium, tanta fortis uirtus humi-
litatis. Tantum fuit uicium superbie ut homo uellet esse sicut deus, sicut
per serpentem illi promisat. Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Ergo tan-
ta debuit esse uirtus humilitatis ut deus fieret sicut homo. Iuxta quod dicit
apostolus. Cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem
deo, exinaniuit se formam serui accipiens in similitudinem hominum factus
et habitu inuentus ut homo. Verbum enim caro factum est ut daret nobis humi-
litatis exemplum. quatenus qui superbi recessimus humiles redeamus. Inicium enim
peccati est superbia. per hanc angelus peccauit in celo qui dixit ponam
l' ab aquilone sedem meam in celo et ero similis altissimo. per hanc homo peccauit in
paradyso, cui dictum est, eritis sicut dii scientes et cetera. Hoc uicium primum
est in peccante et in penitente quod recedente peccatum immittit. quia quam
cito mandatum domini contempnimus tam cito contra dominum superbimus. et quam
cito pro mandatum eius oppugnimus tam cito coram deo humiliamus.
Quanto cito per mandatum eius ... humiliatus est deus pro homine dominus pro suo
verbum quod caro factum est, ut sic humiliatus est deus pro homine dominus pro seruo
creatura pro creatore. Sic humiliet homo pro deo seruus pro domino, creatura pro creatore.
creator pro creata. Sic humiliet homo pro deo ... qui se humiliat. ex. Deus enim superbis resistit
qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur.
humilibus autem dat gratiam. Inter deum et homines magna erat inimici-
ciarum discordia, quam homo peccando spiritum subtraxit et abstulit deo
quem tradidit et subiecit dyabolo. pax ergo inter eos fieri racionabiliter
non poterat, nisi dampnum quod intulerat restauraret homo. uerum non habebat
quo digne deo recompensaret pro dampno. quia si quid de inracionabili
quo digne deo recompensaret pro dampno. quia si quod de racionabili
redderet creatori pro racionabili anima minus esset. sed hominem digne non
potuit restituere, quia iustum et innocentem abstulerat et neminem
nisi peccatorem inueniebat. Videns itaque deus hominem sua uirtute
non posse iugum dampnacionis euadere, primo puniuit eum pro solam
misericordiam ut deinde liberaret eum per iusticiam. ut ergo deus placari posset
ab homine dedit homini gratis, quod homo ex debito redderet deo. Dedit
igitur hominem homini quem restitueret homo pro homine qui ut recompen-
sacio digna fieret, porro non solum esset equaliter, sed maior. Eidem
oportebat eum esse maiorem, ut unus pro uniuersis sufficiens
haberetur. Quo circa uerbum caro factum est, ut daret se aliter deus homo,

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. p.%20109 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/en/csg/0596/p.%20109)